UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consili||vm Doctissimi Cvivs-||dam, magno[rum] Principum mo||nitu pr[a]ecipue ad hoc munus in||uitati, quo modo sublato imbe||cillium offendiculo, commode || sedari queat Lutheriani nego-||tii ...

Faber, Johannes

[Köln], [ca. 1520]

VD16 ZV 5675

urn:nbn:de:hbz:466:1-34500

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible]

Durch

Vitam et misericordiam tribuisti michi
et visitatio tua custodivit spiritum
meum

Darumb benedicamus domino

Godes wort bliuet ewichlich

Benedicam dominum in omni tempore

G · W · B · E

Iocundare plebs fidelis cuius
pater est in celis recolens
ecclesiastica preconia
[illegible]

Iocundare plebs fidelis cuius pater
est in celis recolens ...

CONSILI·
VM DOCTISSIMI CVIVS-

dam, magnorꝫ Principum mo
nitu pręcipue ad hoc munus in
uitati, quo modo ſublato imbe
cillium offendiculo, commode
ſedari queat Lutheriani nego-
tii tumultus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CONSILIVM

CVIVS DAM EX ANIMO CVPIENTIS eſſe conſultum & Ro. Pontificis digni-tati, & Chriſtianæ religionis tranquillitati.

CHriſtianæ mentis eſt, ex animo fauere Chriſti uicario, & huius autoritatem illibatam eſſe uelle. Rurſus Pontificiæ pietatis eſt, nihil habere priuatim tam charum, cui non libens anteponat Chriſti principis ſui gloriã, & publicam Chriſtianæ religionis tranquillitatem. Et qui fauent autoritati gloriæq; Pontificis, prudenter oportet fauere. Id facient, ſi eam iis rõnibus tueanť, quæ tacitis etiam piorum ac bonorꝫ uirorꝫ iudiciis comprobenť. Alioqui nemo magis officit Pontificiæ dignitati, q̃ qui eam non aliis præſidiis, q̃ terroribus ac præmiis humanis, tutam ac defenſam eſſe uelit. Igiť ut quiſq; eſt religionis Chriſtianæ ſtudioſiſſimus, ita maxime dolet hunc tumultũ exortum ꝑ quoſdam qui Lutherꝫ exacerbarunt, ad quædam liberius ſcribenda, & Pontificis mite alioqui ingeniũ irritarunt, ut ſeuerius agať cum Luthero q̃ fortaſſis expediat tranquillitati paciq; Reipub. Chriſtianæ. Qualia ſint, quæ ſcribit Lutherus in præſentia non expendiť, ſed tantum admoneť, ut conſideremus, nõ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſolum quid Luthero ſit dignum, ſed quid conducat eccleſiæ tranquillitati. Frequenter enim & palã noxiis parcitur, ne grauior exiſtat tumultus.

PRimum illud ſatis cõſtat, rem eſſe natam ex malis initiis, nimirꝫ ex odio bonarꝫ literarꝫ iam & apud Germanos ſuboleſcentiũ, odioqꝫ linguarꝫ nũc paſſim reuiuiſcentium, quarꝫ ſplendore, putant obſcurari ſuam autoritatẽ qui hactenus, abſqꝫ harꝫ rerum præſidio, habiti ſunt cõſummatæ doctrinæ ꝓfeſſores. Ad has igiť opprimendas, nihil non moliti ſunt quidã. In hoc multum diſſentientes a Pontifice Romano qui ſummum honorem habet his ſtudiis. Deinde quod ad Lutherum pertinet, maxima pars huius mali imputanda eſt illis, qui de indulgẽtiis & poteſtate Ro. Pon. ea prædicarunt, eaqꝫ ſcripſerunt, quæ nullæ doctæ piæqꝫ aures ferre poterant: ut q̃d ad huius tumultus initium attinet, Lutherus uideri poſſit pio ſtudio zeloqꝫ Chriſtianæ religionis incitatus fuiſſe. Porro q̃d poſtea acerbius cœpit ſcribere, qui non excuſant, tñ ſic eleuant ut dicant acerbiſſimis q̃rundam irritationibus, & cõuitiis, non oĩno ſine cauſa fuiſſe concitatũ. Libris illius nondũ lectis clamabatur apud populum, hæreticus, antichriſtus, ſchiſmaticus, anteqꝫ autoritas Pontificia ſeſe huic negotio palã interpoſuiſſet. Nemo monebat hoĩem, nemo reuincebat, cum ip̃e offerret ſe, quẽadmodum & nunc ſe offert ad omnẽ diſputationẽ, tantum damnabať. Nam Prieratis & Auguſtini r̃nſionem, nec hi ꝓbant qui bullam aduerſus Lutherum impetrarũt.

Cum diſputatio Ecciana commiſſa eſſet arbitrio
ſcholæ Parrhiſienſis, præuenit Coloniẽſis & Loua-
nienſis, quibus nihil erat commiſſum. & damnaue-
runt tantum. Et cum communicato conſilio id fece-
rint, tñ in articulis non conſentiunt, iisq; præcipuis.

Deinde perſonæ, per quas res hactenus acta eſt,
tales ſunt, ut merito poſſint haberi ſuſpecti (nam illo
rum negotium agebatur) neq; uita illorum, neq; do
ctrina talis eſt, ut illorꝝ iudicium debeat habere gra
ue pondus, præſertim in re tanta.

Modum igit̃ procedendi aduerſus Lutherꝝ meri
to improbãt optimi & doctiſſimi quiq;, etiamſi Lu
therus ſcripſiſſet plane hæretica. Neq; ideo quis fa-
uet Luthero, ſi fontem modumq; rei improbarit, ni
hilo hercle magis, q̃ ſi quis admoneat parricidã nõ
eſſe afficiendum ſupplicio, niſi legitima uia conui-
ctum & condemnatum.

Iam Bulla quæ aduerſus Lutherꝝ publicat̃ incle-
mentius, etiam iis diſplicet, qui tñ Ro. Pon. dignita-
ti fauent, qđ magis reſipiat odium impotens q̃run-
dam monachorum, q̃ lenitatem eius qui gerit uices
mitiſſimi Chriſti, aut ingenium. S.D. Leonis, quo
nihil hactenus uiſum eſt placidius aut facilius. Vn-
de magna eſt ſuſpicio, eſſe, qui eius lenitate facilitate
q; natiua, ad ſuos priuatos affectus abutantur.

Atqui q̃ ſanctior eſt oĩbus Ro. Pont. autoritas,
hoc diligentius ꝑpendendũ, ne quid ab eo ꝓficiſcat̃,
qđ illo uideat̃ indignum tacitis bonorꝝ uirorꝝ iudi-
ciis, q̃ nulli q̃ntũuis magno principi ſunt negligẽda.

Ad hæc, q̃ cauſa hæc latius patet, ac ꝑiculoſior ẽ,

hoc attẽtius erat deliberãdũ ne qd temere definiret.

Nullus ignorat uitã Chriſtianã, rebus paulatim in deterius prolabẽtibus, multũ degeneraſſe ab illa ſyncera Chri euangelica doctrina, adeo ut nemo nõ fateat opus eſſe publica aliqua & inſigni legum ac mor instauratione. Igit ut non eſt temere tentandũ aliquid, ita non eſt temere oblatrandũ iis qui bono ſtudio monẽt aliqua, etiamſi liberius facere id uideãtur. Atq ut extra oẽm cõtrouerſiam ſit, prorſus a uero aberraſſe Luther, tñ erat humanitatis Theologicæ, primũ admonere hominẽ fraterne: deinde refellere ſolidis argumẽtis, & ſacræ ſcripturæ teſtimoniis: atq ita reuictum ſi nollet reſipiſcere, ita tractare, ut ſolemus membrũ deploratũ. Hoc qui conſulunt nõ fauent Luthero, ſed ordini Theologico, Pontificiæq dignitati. Siquidẽ hac uia Lutherus plenius aboleri poterat, primũ exemptus ex animis hoĩm, deinde etiam ex bibliothecis. Nunc exurendis libris, fortaſſis aliqua ex parte diuellet e bibliothecis, ſed interim illius opiniones infixæ ſunt animis plurimor, cum eas uideant non refelli.

Habent & laicor felicia ingenia ſuũ iudiciũ, qd potiſſimum a natura proficiſcit, etiam apud doctos. Sunt tot eruditi uiri, & iidem boni, quor ut quiſq ſynceriſſimus ẽ, ac ueritatis euãgelicæ tenaciſſimus, ita Lutheri libris minime ẽ offenſus. Hmõi ingenia doceri cupiunt, cogi nolunt, neq debent. Aſinor ẽ cogi tm: Tyrannor cogere: certe Theologos maxime decet docere cũ omni manſuetudine, non conuitiis: neq fauoribus & conſpirationibus rem agere.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Necq; ſolū hic cōſiderandū,quid dignū ſit Luthe
ro,de q̊ in p̄ſentia nulli p̄iudico,ſed quid in præſenti
p̱iculo magis expediat trāquillitati Reip. Chr̄ianæ.

Videmus Lutheꝝ apud oēs uitæ integritate cō-
mendari,& ſic eſſe infixum anīs hoīm p̄ſertim Ger-
manoꝝ,quanq; & apud alias natiōes,ut quiſq; ē in
tegerrimi iudicii,hoc ē,maxīe ſemotus ab his rebus
q̄ ſolēt iudicia corrūpe,ita mīmū īſenſus ē Luthero.

Nemo nō fatet̄ ſeſe ex illius libris factum eſſe me
liorem,etiāſi quædam fortaſſe merito diſpliceant.

Nouimus Germanoꝝ animos, uidemus Bohe-
miā tot annis p̱tinacem,& ab hoꝝ factione nō mul
tum abhorrentes finitimas regiones. Audimus q̊ti-
die graues multoꝝ querimonias, negantiū diutius
ferri poſſe Romanæ ſedis iugum. Qd̄ fortaſſe non
tam Pontifici imputant,q̄ iis qui Pontificis autori-
tate ad ſuam tyrannidē abutuntur.

Quod ſi res gerat̄ odioſe,ac uiolente,qui pruden
tia ualet, facile diuinabit, quis reꝝ tumultus poſſit
hinc exiſtere,cum frequenter ex leuioribus initijs,ui
deamus orta pernitioſiſſima mundi diſſidia.

Quin & mūdus uidet̄ ueteris ac nimiū ad ſophi-
ſticas argutias p̱lapſæ Theologiæ perteſus,ſitire fon
tes euangelicæ doctrinæ, & huc uidetur irrupturus
ui niſi fores aperiantur:adeo ut etiamſi diſpliceat Lu
therus totus,tamen oporteat innouari Theologiam
ſcholaſticam.

Cum igit̄ res ſit orta malo primum principio, &
utrinq; uideat̄ eē peccatū, primū ab his,qui ſuis im
piis cōciōibus excitarūt Lutheri ſpm̄,ac mox odio-

ſis & furioſis clamoribus, magis ac magis exacerba
rũt, p̄ſertim cum hic agere uideant̃ ſuũ negotiũ, cum
in Lutherꝝ nõ cadat ſimilis ſuſpicio ſua tenuitate cõ
tentum, apparet expedire, ut tota hæc cauſa per aliq̃s
componat̃, qui procul abſint ab omni ſuſpicione.

Verꝝ eſt ad Ro. Pon. peculiariter ꝑtinere cogni-
tionẽ de rebus fidei, nec eſt ilii ius ſuũ adimendum.
Tamen ꝓ publico bono, patiet̃ hoc negotiũ aliis cõ-
mitti, uiris eximiæ doctrinæ, ſpectatæq; ꝓbitatis &
integritatis, in q̃s nulla cadat ſuſpicio, uel q̃d metu,
aut ſpe uelint adulari R. Pon. cõtra ueritatẽ euãgeli-
cam, uel q̃d aduerſæ factioni humano ſtudio faueãt.

Hos arbitros exhibebũt ex ſua quiſq; gente tres
reges, & ipſi alieniſſimi ab oĩ ſuſpiciõe, CAROLVS
Cæſar, Rex Angliæ, & Rex Vngariæ. Hi diligent̃
ꝑlectis Lutheri libris, & audito corã Luthero, quic
quid ꝓnũtiauerint, id ratum habebit̃. Ac Lutherus
iam doctus, ingenue agnoſcet errorem ſuũ, & libros
ſuos a ſe repurgatos curabit denuo edendos, ne ob
paucula errata pereat ingens fructus euangelici ꝓuẽ
tus. Multis eñ & iniquũ & inutile uidet̃, ob lapſus
aliq̃t humanos, etiam ea dãnari, quæ recta ſunt.

Cum in libris Auguſtini adhuc extent ac legan-
tur a notariis excepta reſponſa hæreticorꝝ, plena im
pietatis ac blaſphemiæ.

Q̃d ſi Lutherus tum q̃q; perſtiterit ĩ his, quæ da
mnata fuerint ab arbitris, erit ad extrema remedia
ueniẽdũ: ita nemo fauebit ſic uicto Luthero: & ſi re-
ſipuerit, res abſq; tumultu Reip. Chr̄ianæ cõponet̃.

Nec hic minuetur autoritas R. Pon. ſed hoĩm ſu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſpicioni conſuletur, apud q̃s fortaſſe minus habebit ponderis ipſius Pont. in hac cauſa iudiciũ: q̄d ob indulgentias, ac primatum ſui negotio fauere poſſit uideri: imo magis probabitur apud omnes illius pietas, q̄d ob ueritatẽ euangelicam & pacẽ orbis Chriſtiani, de ſuo iure nonnihil conceſſerit.

Q̄d ſi quibus hæc ratio minus placeat, proximũ uidetur hãc cauſam ad proximũ Concilium generale remittere, q̄d ob multas alias cauſas poſtulare uidetur ſtatus Reip. chr̃ianæ multis modis corruptus.

Nam intẽpeſtiuũ uidetur rem tã arduã uelut obiter agere in hoc Principalium negotiorꝫ tumultu, p̃ſertim cum undiq; res ſatis dubiæ ſint, & apud Germanos & apud Hiſpanos, ut nõ expediat addere nouorꝫ tumultuũ materiã. Preterea cõuenit, ut hæc noua Cæſaris inauguratio fauſtis ominibus pagatur, ne hmõi rebus odioſis reddat̃ funeſta & ĩauſpicata.

Hoc conſilium nolo cuiq; p̃iudicet, tantũ animo ſimplici, q̄d mihi uidetur optimũ factu, dixi. Præſertim cum ad id a ſummis principibus & p̱fanis & eccleſiaſticis fuerim inuitatus. Opto ut uincat euãgelica ueritas, & oĩa cedant in gloriã Ieſu Chr̃i. AMEN.

Νικησάτω ἡ τοῦ χριστοῦ παιδεία καὶ ἀλήθεια.

vnd [illegible] seri dan in sten van [illegible] hindern et
seden sy [illegible] westen / [illegible] ingeleden sy dat [illegible]
Wend dat herte we doet de schal [illegible] drynken myt wyn
Nem grone petercilien vnd stampe de kleyne vnd drucke se
[illegible] in der lucht vp eyn bort vnd holt de to dyneme behoff
vp de wynter so heffstu grone petercilie de gantze wynter
Nem root solt vnd muschatenblome vnd menge myt honnyge
vnd make pillen vnd sterke, [illegible] den hynder
Isopus is gut to der borst de sere gedrunken myt warmen water
Isop is gut de dat herte sterket in warmen water genuttet
Petersille is tegen den hosten vnd to allen arbeide des herten
stot se myt etike vnd drynk se et helpet
Crensinke is gut tegen de blotsocht sut myt wyne vnd drynck
[illegible] dage
Senep is gut tegen de sere hut myt honnige gemenget dar vp strecke
Steynvare is gut vor de lenden swere nem de blader vnd make
se vnd nutte myt brode et helpet
Celidonia is schelwort de is gut to dunkeren ogen
[illegible] is [illegible] se wasset an de walde vnd is gut
de to blasen synt wen stot se myt alden wyne vnd geue
se de seken drynken VIII dage et helpet
Rude is gut de de beyne to blasen syn stot de myt gesolten
botter vnd also vele honniges gewermet in eyner
pannen vnd do et vmme plaster vnd legge warm vmme de beyne
Ibisca is gut poppele nem de wortel vnd stot se myt olde
smere bade de vote so her dat heitest [illegible]
Betonia is gut den steen voten stot se vnd suet myt
water vnd bint se dar vp
De nycht slapen kan de ete dre korn dille sades vnd ete der kalde
Nym witte [illegible] lange pepper euenam galgen calamus myt
etike gemenget vnd nutte eyn lepel ful auent vnd morgens
Camille blome sint gut gedrunken myt wyne verdrynet
den sten vnd [illegible] de stat. Ok verdrynet se alle [illegible]
vnd de sten de [illegible] vnd der lungen
[illegible] nim myt honnige vnd sede in water vnd drinck
dar van alle dage eyn [illegible] vor de watersucht
Wegbreden blader gestodden in smalte vnd et nochtern
[illegible] tegen de gelen sucht
[illegible] ne myt [illegible] gemenget vnd smer den [illegible]
tegen den harwormen
[illegible] bundelyn, [illegible] alse vele peppers [illegible]

werme, wynne der becker vul, drencket des mer
geneß vnd anders vnd bade dar du swetest vnd lat
dich warm decken, helpet vor de swymell
Holt do yn ettick vnd wriff dich dar mede yn vmd
forti mane tud gheslatenn vor de yegt
Nem witte engeuer hußlocke seluer vnde, andern dren hie
de hanne ok gesetz ne sendborn walnotte myt swek, und dor
Nem enwitte vnd brot warm de so heit yn bere vnd myd
glowendich sterke stals dar wert ettick
Nem en dusse vulwyns do dar wasse in vnd sette dar
yn en bett vnd lat staen dar wert ettick
It weyt grom swerdell an bere dar wert ettick
Nem blechwit myrren werck campher vnd rose oley
vnd des blechwaters sall wege so vell syn als des anders
dar wriff to samende. Hyr salue de wedden mede en
botten vnd plaster se dar mede
Nem wegebreden, negenkraft bodewort folien mosschen
vnd set dyt myt alder botteren de plaster se vnd dess
solte do dar ryne hart vnd wyn smetter was yn sede
en bessen ~~[illegible]~~
Nem en nyen erden pot de vnbedeckent is, do dar alt
bere yn vnd gude wrissker botteren vnd ryne dar
wyn brot yn vnd lat dar staen vp de helffte, so
ne dat aff vnd de vure vnd wriff nadeus sit under
ghelike dagetyde sit an gud pessen wollen edder sot dat
yn eyne moiste vnd mege dat swede yn de gote manck
vnde vnd sterck des vure de wedden dat heilet
allerleye wonden wo olt de syn probatum est
Nem wegebreden blader vnd sede de yn smalte vnd
ette dar noch efte so wort he gesunt vor de gal. steke
We dar heffft wilt syr an benen edder armen edder de ste
entfangen syn de sall nemen twyges water drinckel
huslocke nachtschaden vnd leuerstock vnd sel dat to
hope gesoden probatum est
It dat myn hette kome yn en wonden nym wilde rove
blader de dar wassen yn den honen vnd legh vp de wunde
vordich dat hoiet wech
Vor hette, de dorne dat vorhouet myt kalde vor, dor na
nemen lyne sede vatt vnd huslock sap vnd natte dar yn
en lynen doek vnd bestreck dar mede
Vor kulden, nym poley vnd lorberen blader edder loff stech

lange in water vnd latz de bernend nettelen to de houede
so lange hee sweite dar make hee eyn plaster vd der saluen vnd
bynde vp dat houet

Ith nym polen vnd stote myt oley dar mede bestrike de dunnyge
vnd dat houet

Wedes dat houet seer Nym bernend nettelen, ysernhart, fenkel
wathewort dusse wurte siet vnd wasch dat houet

De dat houet we deit vnd de oren suseren nym rude hon[illegible]
look fenkell wortelen like velle dar do hee to dat witte van
ey eyn vnd stot dat to samen vnd vorynck dat dorch eyn
doek so legge dar in olie vnd make eyn plaster vnd legge vp
dat vorhouet vnd de oren

Wasch dat we des houedes mit bernend nettelen siet fenkell vnd
wathewort in wyne

Nym vestblade wortelen vnd welle de myt water vnd drynck
so vorgeit di dat swel an der kelen edder halse

Wer yd [illegible] bedden Nym bete wortelen vnd stote de
vnd do [illegible] dat vp de wunden so [illegible]
[illegible] gesproken in
[illegible] hunt [illegible] hant
[illegible] potter

Jesus

omnis qui

tuit bellus

omnis qui facit col[illegible]

f

fauit [illegible]

Magister [illegible]
[illegible]

willem [illegible]

[illegible]

Salvia

Est herba nobilis in mi[n]i sale appo[sita] z a[nn]i x[ro] folia et sic fiat gargarismus [illegible] et [illegible] apud [illegible] sanguinis facit [illegible] [illegible] a qua solent venas aut alias partes[illegible] lateris [illegible] [illegible] mitigat

Si decocta in vino fiat et de mane potetur facit [illegible] here crescere et [illegible] [illegible] expellit

Appropriate [illegible] vino et gargarisma [illegible] [illegible] apostema [illegible] [illegible] [illegible] Salvia [illegible] [illegible] Salvia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] pellit [illegible] [illegible] febres [illegible]

Ruta

[illegible] z calida et sicca et [illegible] [illegible] [illegible] gargarisma de mane [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] expellit [illegible] gargarisma [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] amore [illegible] [illegible] [illegible] gargarisma [illegible] [illegible] [illegible] et cerebrum purgat [illegible] gargarisma de mane [illegible] in homine [illegible] non [illegible]

Ysopus

Ysopus est herba bona et [illegible] [illegible] q[ui] decoctum d[e] aqua et [illegible] [illegible] purgat et [illegible] [illegible] decocta in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] purgat [illegible] [illegible] rychtkrasse [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] bottern de [illegible] [illegible]

Est [illegible] et [illegible] de [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] expellit et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nemen rogghen [illegible] [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] dar [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] botteren vnd [illegible] dar [illegible] broet [illegible] vnd [illegible] dat [illegible] vp de [illegible] / so [illegible] dat [illegible] vp de [illegible] vnd [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sat an [illegible] [illegible] [illegible] ed[er] [illegible] dat [illegible] [illegible] vnd [illegible] dat [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] [illegible] vnd [illegible] [illegible] [illegible] de [illegible] dat heilet allerleye wunden wo olt de syn [illegible]

[illegible] [illegible] blader vnd [illegible] de [illegible] [illegible] vnd [illegible] dar [illegible] so [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de [illegible]

We dar heft [illegible] [illegible] an benen ed[er] armen ed[er] de [illegible] [illegible] [illegible] de sal nemen [illegible] water [illegible] [illegible] [illegible] vnd [illegible] vnd sal dat [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] dat [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] blader de dar wassen [illegible] den [illegible] vnd [illegible] vp de [illegible] [illegible] dat [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] de [illegible] dat [illegible] [illegible] [illegible] / dar na neme [illegible] [illegible] vnd [illegible] [illegible] vnd [illegible] dat [illegible] [illegible] [illegible] vnd [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] poley vnd lorberen blader ed[er] [illegible] [illegible]

arg[illegible] tamen [illegible] Caner
Leo virgo Libra scorpio sagittarius
tunc [illegible] [illegible] pay [illegible]
[illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] farnet de [illegible] apter



[illegible]

[illegible]

Colonia

tunc [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

omnis qu[illegible]

tunc [illegible]

omnis qui facit Colu

F

[illegible]

Magister [illegible] [illegible] [illegible] de [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]

Mag[illegible] willhem [illegible] de [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
5869

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN